Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Alia.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

Visual Library

A L I A.

Οὐράνιον τὸ μνᾶμα καὶ ἁ χρυσήλατος ἀκτὶς
　Ἀνδρὸς, ἴσον βιότῳ καὶ τάφον εὑραμένου,
Ἄςροις γειτονέοντα· φέρει δ᾽ ὅσον οὔτινα τύμβος
　Ἀνέρα, τὸν τελετᾶς οὐρανίδος ζάκορον.
Τὸν πάτραν ἐριποῦσαν ἀπὸ χθονὸς ὑψώσαντα,
　Τὸν φρενὸς ἢ γλώσσης ἄκρα λαχόντα γέρα.
Ὧι περὶ δηρίσαντο, καὶ ἁ νέκυν ἐν πυρὶ θεῖσα
　Ἀτθὶς, χ᾽ ἁ κόλποις ὀςέα δεξαμένα.

THEO-

v. 1. v. *Leich.* pag. 6. *Reiſke* p. 101. et 163. ſq.

v. 4. τον-ζάκ.] initiorum, ſ. ſacrorum, coeleſtium miniſtrum.

v. 5. Nicaeam terrae motu quater euerſam, Sacerdos reſtituit: et hoc epigramma ad Tiberii tempora, Leichio iudice, referri debet, quippe quo imperante, ruina vrbis illius nobiliſſimae fuit longe maxima atque atrociſſima, quod ea clariſſimae minoris Aſiae vrbes perculſae, imperatoris tamen beneficio et liberalitate breui ſunt inſtauratae. *Sueton.* Tiber. cap. 48.

ὑψωσ. Vrbes feminarum habitu manus et quaſi ſupplices voces Imperatoribus tendentes paſſim in antiquis numis occurrunt: nec minori laudi ducebatur collapſam vrbem reſtituere, quam nouam condere.

8. Ατθὶς-δεξ.] *Et Attica, quae mortuum rogo impoſuit, et quae ſinu oſſa ſuſcepit,* h. e. Nicaea, de eo quaſi contendiſſe pulcre finguntur.

THEONIS ALEXANDRI
IN LENAEVM NAVFRAGVM *)

1 Ἀλκυόσιν **), Λήναιε, μέλεις ***) τάχα, κω-
φὰ δὲ μήτηρ
Μύρεθ' †) ὑπὲρ κρυεροῦ μυρομένη σὲ τάφου.

*) Vide *Leich.* pag. 27. *Reiske* inter carmina ſepulcralia in Anthol. Cephalae pag. 78. coll. p. 128. ſq.

**) Fletu ac dolore conſumti paſſim alcedinibus comparantur. Iphigenia apud *Euripidem* vers. 1089. ſq. *Homer.* Iliad. 1. v. 558.

***) *Curae eſt:* rarior forma nec alibi facile obuia videtur Leichio. *Nagelio*, in litteris ad me datis legendum videbatur, μέλος, atque interpretandum: *Celeriter carmen* (es) *halcyonibus* etc. Oppoſitio vero haec: cito atque inopinato tibi *accinant* halcyones in mari verſantes, (quibus natans occurris,) contra mater tua, (te priuata,) *muta facta* (dolore) luget.

†) Non admodum eleganter μύρεσο et μυρομένη, duabus tantum interiectis vocibus, poni videntur Leichio; quum, etiamſi vltimum abeſſet, ſenſus integer plenusque foret. Sed ita ſolent interdum epigrammatum ſcriptores. — vide Reiskium, quocum σε, pro δὲ apud Leichium, dedi. adde *Doruill.* animadu. ad Charit. pag. 252.

TANTVM.

INDEX